



Gesetze der Westgoten

Wohlhaupter, Eugen

Weimar, 1936

II. Titulus: De his, qui ad bellum non vadunt aut de bello refugiunt // II.
Titel: Von jenen, die nicht in den Krieg ziehen oder aus dem Kriege fliehen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69894](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69894)

II. Titulus: De his, qui ad bellum non vadunt
aut de bello refugiunt

1. Antiqua. Si hi, qui exercitui prepositi sunt, commodis corrupti aliquem de expeditione domum redire permiserint vel a domibus suis exire non coegerint.

Si thiufadus ab aliquo de thiufa sua fuerit beneficio corruptus, ut eum ad domum suam redire permetteret, quod acceperat in novecuplum reddat comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus. Et si ab eo nullam mercedem acceperit, sed sic eum, dum sanus est, ad domum dimiserit vel de domo in exercitum exire non compulerit, reddat solidos XX, quingentenarius vero XV, et centenarius X; si certe decanus fuerit, V solidos reddere compellatur. Et ipsi solidi dividantur in centena, ubi fuerint numerati.

2. Antiqua. Si compulsores exercitus aliquid, dum exercitum ad hostem compellunt, de domibus eorum auferre presumserint.

Servi dominici, id est compulsores exercitus, quando **Gotos** in hostem exire compellunt, si eis aliquid tulerint, aut ipsis presentibus vel absentibus sine ipsorum voluntatem de rebus eorum auferre presumserint, et hoc ante iudicem potuerit adprobare, ei, cui abstulerint, in undecuplum restituere non morentur; ita tamen, ut unusquisque eorum in conventu publice L flagella suscipiat.

3. Antiqua. Si prepositi exercitus relicto bello ad domum redeant aut alios redire permittant.

Si quis centenarius, dimittens centenam suam in hostem, ad domum suam refugerit, capitali supplicio subiacebit. Quod si ad altaria sancta vel ad episcopum forte confugerit, CCC solidos reddat comiti civitatis, in cuius est territorio consti-

II. Titel: Von jenen, die nicht in den Krieg ziehen oder aus dem Kriege fliehen

1. Wenn die Befehlshaber des Heeres infolge Bestechung einen vom Kriegszug nach Hause zurückkehren lassen oder ihn nicht zum Ausrücken zwingen.¹⁾

Wenn ein Tausendschaftsführer von einem seiner Tausendschaftsleute bestochen wurde, daß er ihn nach Hause zurückkehren läßt, so muß er das Empfangene neunfach dem Stadtgrafen erstatten, in dessen Bezirk er aufgestellt ist. Hat er keine Belohnung von ihm empfangen, sondern ihn einfach, obwohl er gesund war, nach Hause entlassen oder nicht zum Ausrücken ins Feld gezwungen, so muß er 20 Schillinge entrichten, der Führer einer Fünfhundertschaft aber 15 Schillinge und der einer Hundertschaft 10; ein Scharführer muß 5 Schillinge entrichten. Und die Schillinge sollen in der Hundertschaft verteilt werden, wo sie²⁾ gezahlt wurden.

2. Wenn die Aufgebotsleute, während sie das Heer gegen den Feind aufbieten, aus den Häusern etwas wegnehmen.

Nehmen Königsdiener, nämlich Aufgebotsleute, wenn sie die Goten zum Zug gegen den Feind aufbieten, diesen etwas weg oder rauben sie in deren An- oder Abwesenheit gegen deren Willen etwas von ihrem Gute und kann das vor dem Richter bewiesen werden, so sollen sie dem Beraubten sogleich das Elfache zurückerstatten; ferner soll jeder von ihnen öffentlich vor versammeltem Volke 50 Peitschenhiebe empfangen.

3. Wenn militärische Vorgesetzte das Heer verlassen und nach Hause zurückkehren oder anderen diese Rückkehr gestatten.

Wenn ein Hundertschaftsführer seine Hundertschaft vor dem Feinde verläßt und nach Hause entweicht, so wird er mit dem Tode bestraft. Ist er etwa zu den heiligen Altären oder zum Bischof geflohen, so entrichte er 300 Schillinge an den Stadt-

¹⁾ Zum Folgenden Dahn, Könige VI² S. 208 ff.

²⁾ Gemeint sind die Heerespflichtigen.

tutus, et pro vita sua non pertimescat. Ipse tamen comes civitatis notum faciat regi, et sic cum nostra ordinatione partiantur solidi illi ad ipsam centenam, que ei fuerat adscripta. Ipse autem postmodum centenarius nullo modo preponatur, sed sit sicut unus ex decanis.

Et si centenarius sine conscientia aut voluntate prepositi hostis aut thiufadi sui de centena sua, ab aliquo per beneficio persuasus aut rogitus, quemquam ad domum suam redire permiserit vel in hostem, ut non ambularet, relaxaverit, quantum ab eo acceperat in novcuplum comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus, satisfacere compellatur; et sicut superius diximus, comis civitatis nobis in notitiam referre non differat, ut ex nostra preceptione dividatur inter eos, in cuius centena fuerat adscriptus. Quod si centenarius ab eo nullam mercedem acceperit et sic eum ad domum suam ambulaturum dimiserit, ille centenarius, sicut superius est comprehensum, det comiti civitatis solidos X.

4. Antiqua. Si prepositi exercitus aut relicta expeditione ad domum redeant aut alios exire minime compellant.

Si decanus, relinquens decaniam suam, de hoste ad domum refugerit aut de domo sua, cum sanus esset, exire et ad expeditionem proficisci noluerit, det comiti civitatis solidos X. Quod si alicui forte mercedes dederit, reddat solidos V comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus; et ipse comes civitatis notum nobis faciat, ut cum nostra iussione dividantur inter eos, in quorum centena fuerat adscriptus.

Quod si aliquis, qui in thiufa sua fuerat numeratus, sine permissione thiufadi sui vel quingentenarii aut centenarii vel decani sui de hoste ad domum suam refugerit aut de domo sua in hostem proficisci noluerit, in conventu mercantium publice C flagella suscipiat et reddat solidos X.

grafen, in dessen Bezirk er aufgestellt ist und für sein Leben braucht er (dann) nicht zu fürchten. Der Stadtgraf soll das aber dem König anzeigen und so, nach unserer Weisung, sollen diese Schillinge an die ihm zugewiesene Hundertschaft verteilt werden. Der Hundertschaftsführer soll nachher auf keine Weise mehr Vorgesetzter werden, sondern er sei nur einer aus den Scharführern.

Und wenn der Hundertschaftsführer ohne Wissen und Willen des Heerführers oder des Tausendschaftsführers, durch eine Gabe bestochen oder auf Bitten hin, einen von seiner Hundertschaft nach Hause zurückkehren läßt oder von der Teilnahme am Feldzug entbindet, so soll er, was er empfangen, neunfach dem Stadtgrafen entrichten, in dessen Bezirk er aufgestellt war; und, wie wir oben gesagt haben, soll der Stadtgraf uns unverzüglich Nachricht geben, damit dies gemäß unserer Anordnung unter jene verteilt werde, deren Hundertschaft er zugehörte. Hat der Hundertschaftsführer von jenem keine Belohnung erhalten und jenen so nach Hause entlassen, so soll der Hundertschaftsführer, wie oben bestimmt¹⁾, dem Stadtgrafen 10 Schillinge geben.

4. Wenn militärische Vorgesetzte entweder das Feldheer verlassen und nach Hause zurückkehren oder andere nicht zum Ausrücken zwingen.

Wenn ein Scharführer seine Schar verläßt und nach Hause entweicht oder, obwohl gesund, aus seiner Heimat nicht ins Feld ziehen will, soll er dem Stadtgrafen 10 Schillinge geben. Hat er jemand bestochen, so soll er 5 Schillinge an den Stadtgrafen entrichten, zu dessen Bezirk er gehörte; und dieser Stadtgraf soll es uns anzeigen, damit (diese Schillinge) nach unserem Befehl unter jene verteilt werden, zu deren Hundertschaft er gehörte.

Wenn einer, der in seiner Tausendschaft gezählt war, ohne Erlaubnis des Tausendschaftsführers oder des Fünfhundertschaftsführers oder des Scharführers vom Feldzug nach Hause entweicht oder aus seiner Heimat nicht gegen den Feind ziehen will, so empfangen er vor den versammelten Kaufleuten öffentlich 100 Peitschenhiebe und entrichte 10 Schillinge.

¹⁾ Gemeint ist L. Vis. IX, 2, 1.

5. Antiqua. Si compulsores exercitus beneficio accepto aliquem sine egritudine domu stare permiserint.

Servi dominici, qui in hoste exire conpellunt, si ab eis aliquis se forte redimerit, quantum ab eo accepit, in novocuplum comiti civitatis cogatur exolvere; et eos, quos rogaverit, dum esset sanus, ut eum in expeditionem non conpellerent, etiam si nullam mercedem ab eo acceperint, illi, qui eum relaxaverint, reddant pro eo comiti civitatis solidos V.

Thiufadus vero querat per centenarios suos, et centenarii per decanos, et si potuerint cognoscere, quia per precem aut per redemptionem ad domum suam refugerint aut de domo in hostem proficisci noluerint, tunc thiufadus preposito comitis¹⁾ notum faciat et scribat comiti civitatis, in cuius est territorio constitutus, ut comes civitatis vindictam, que in lege posita est de his, qui pro se rogant aut qui se redimunt, aut thiufadis vel centenariis aut decanis vel servis dominicis, omnia ad integrum implere non differat. Quod si exegerit et celaverit et in notitiam non protulerit, omnia, que exegit, in novocuplum reddat, et si corruptus ab aliquo vel rogitus exigere distulerit, in duplum de propria facultate satisfaciatur illis, qui inter se hanc solutionem fuerant divisuri. Quod si post exactam rem regi notum non fecerit, ut ipse hoc iubeat in thiufa, cui debebatur, dividere, aut comes civitatis reddere fortasse dissimulet, undecupli compositionem eis satisfacere non moretur.

6. Antiqua. De his, qui annonas distribuendas accipiunt vel fraudare presumunt.

Hoc iustum elegimus, ut per singulas civitates vel castella quicumque erogator annone fuerit constitutus, comes civi-

¹⁾ Eine verderbte Stelle; mit einer Hs. möchte ich lesen: comiti; vgl. auch Zeumer, Ausgabe S. 369 Note 1.

5. Wenn die Heeresaufgebotsleute gegen Belohnung jemanden, der nicht krank ist, zu Hause lassen.

Wenn sich jemand bei den Königsdienern, die das Heeresaufgebot durchzuführen haben, freigekauft hat, so müssen sie das Empfangene neunfach dem Stadtgrafen entrichten; auch wenn diejenigen, die ein Gesunder ersucht hat, ihn nicht zum Kriegsdienst zu zwingen, keine Belohnung von diesem empfangen haben, so müssen sie doch, wenn sie ihn befreit haben, dafür dem Stadtgrafen 5 Schillinge geben.

Der Tausendschaftsführer aber forsche bei seinen Hundertschaftsführern und diese bei ihren Scharführern nach und, wenn sie ermittelt haben, daß (Leute) um Gunst und Geld nach Hause zurückkehren durften oder aus der Heimat nicht ins Feld gezogen sind, so soll der Tausendschaftsführer seinem vorgesezten Grafen Anzeige erstatten und dem zuständigen Stadtgrafen schreiben, damit dieser Stadtgraf ohne Zögern die gesetzlich festgesetzte Strafe¹⁾ von denen (einziehe), die mit Bitten oder Geld sich loskaufen, (und) den Tausendschafts-, oder Hundertschafts- oder Scharführern oder Königsdienern alles vollständig übermittele. Hat er das eingetrieben, aber verheimlicht oder nicht Anzeige erstattet, so muß er, was er eingetrieben hat, neunfach erstatten und wenn er, von jemand bestochen oder ersucht, die Eintreibung versäumt hat, muß er doppelten Ersatz jenen leisten, die diese Summe unter sich hätten teilen dürfen. Hat er nach Eintreibung der Buße dem König nicht Anzeige erstattet, sodaß dieser den Befehl zur Verteilung in der Tausendschaft, der das gebührt, (nicht) geben kann, oder hat sie (die Buße) der Stadtgraf nicht herausgegeben, so soll er ihnen unverzüglich das Elfache büßen.

6. Von jenen, die Proviant zur Verteilung empfangen und zu unterschlagen wagen.

Das halten wir für gerecht: wer in den einzelnen Städten und Burgen als Proviantmeister aufgestellt ist²⁾, sei es der Stadt-

¹⁾ Vgl. L. Vis. IX, 2, 1 und 3.

²⁾ Das Heer wird mit den Vorräten versorgt, die in einzelnen Städten

tatis vel annone dispensator, annonam, quam eis est daturus, ex integro in civitatem vel castello iubeat exhiberi et ad integrum eis restituere non moretur.

Quod si contigerit, ut ipse comes civitatis aut annonarius per negligenciam suam, non habens aut forsitan nolens, annonas eorum dare dissimulet, comiti exercitus sui querellam deponant, quod annonas eorum eis dispensatores tradere noluerint. Et tunc ille prepositus hostis hominem suum ad nos mittere non moretur, ita ut numerentur dies, ex quo annone eorum iuxta consuetudinem eis inplete non fuerint. Et tunc ipse comes civitatis vel annonarius, quantum temporis eis annonas consuetas subtraxerat, in quadruplum eis invitus de sua propria facultate restituat. Similiter et de his, qui in thiufa fuerint dinumerati, observari precipimus.

7. Antiqua. Quam mercedem accipiat qui mancipia vel quaslibet res de manu hostis excusserit.

Quicumque de vite sue statu disperans inimicus fuerit adgressus, ita ut mancipia vel quodcumque genus pecunie aut aliarum rerum ab inimicis possit excutere, et certus rei dominus apud eum aliquid videatur agnoscere, de hiis ex toto duas partes pro intuitu misericordie domino certo restituat, tertiam vero partem pro laboris sui premio consequatur.

Similiter et si quis quaecumque mancipium ab inimicis sollicitaverit et ipsi mancipio patrocinium aut consilium presterit et eum ad certum dominum perduxerit, quicumque fuerit agnitus hoc fecisse, decimam partem mercedis pro tali casu aut eventu omnino excipiat habiturus.

III. Titulus: De his, qui ad ecclesiam confugiunt

1. Antiqua. Ne ad ecclesiam confugiens abstrahatur, nisi armis defensus.

graf oder ein (eigentlicher) Proviandmeister, der soll den Proviand, den er ihnen (dem Heer) leisten muß, vollständig in die Stadt oder Burg verbringen lassen und auch vollständig liefern.

Wenn nun etwa der Stadtgraf oder der Proviandmeister aus Nachlässigkeit oder, weil sie nichts haben oder etwa nicht wollen, den Proviand an sie (das Heer) nicht liefern, so sollen sie dem Heerführer ihre Beschwerde vorbringen, daß ihnen die Proviandmeister den Proviand nicht liefern wollen. Und dann soll der Heerführer einen seiner Leute zu uns schicken und es sollen die Tage gezählt werden, seit wann ihnen der Proviand nicht nach Herkommen geliefert worden ist. Dann muß ihnen der Stadtgraf oder Proviandmeister aus seinem eigenen Vermögen auch gegen seinen Willen für die Zeit der ausstehenden Proviandlieferung das Vierfache leisten. Das soll auch für jene gelten, die in einer Tausendschaft gezählt wurden.

7. Welche Belohnung der empfangen soll, der Sklaven oder irgendwelche Sachen aus der Hand des Feindes befreit.

Hat einer sein Leben aufs Spiel gesetzt, die Feinde angegriffen und dabei Sklaven, Geld oder sonstige Sachen dem Feind wieder abgenommen und glaubt der wirkliche Eigentümer bei ihm etwas (aus seinem eigenen Vermögen) zu entdecken, so soll (d)er (Erbeuter) von dem Ganzen zwei Drittel aus Barmherzigkeit dem wirklichen Eigentümer zurückgeben, ein Drittel aber als Belohnung für seine Mühe erhalten.

Ähnlich: wer einen Sklaven von den Feinden herauslockt, dem Sklaven Schutz und Rat gewährt und ihn zu seinem wirklichen Eigentümer zurückgebracht hat, wer solches vollbracht hat, soll als Belohnung für solches Tun und Verhalten ein Zehntel vom Werte (des Sklaven) empfangen.

III. Titel: Von jenen, die in eine Kirche flüchten

1. Ein in eine Kirche Flüchtender darf nicht weggerissen werden, wenn er sich nicht mit Waffen verteidigt.

und Burgen angesammelt, der Verwaltung des Stadtgrafen oder besonderer Proviandmeister unterstehen; Dahn, Könige VI² S. 210 ff.